

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Amissio rerum h  
cum uariis

Pecuniam perdidi; et illa quam multos! Pecuniam perdidi; fortassis te illa perderet.  
Pecuniam perdidi; O te felicem, si cum illa auariciam perdidisti! Pecuniam perdidi;  
antequam tu haberes, alias ante perdiderat. Oculos perdidi; quam multis cupiditatibus uia  
incisa est! Liberos amisi; stultus est qui mortem mortalium deflet. Perierunt perituri;  
habebant illi cuius magis essent quam tui. Apud te precario morabantur; educandos tibi  
illos fortuna mandauerat. Recepit illos, non abstulit.

Seneca de remediis fortuitorum.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

perdidi et illa quam multos pecuniam perdidi] perdidisti et illam que multos habet  
perdidisti P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; pecuniam perdidi *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; perdidi antequam] perdidisti  
antequam P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; ante *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; oculos perdidi] oculos perdidisti P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup>  
L<sup>2</sup>; amisi] amisisti P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; mortem *om.* C